

Band VII., Nr. 2425, Seite 311-312

Propst Werner von Speyer schenkt zur Ausstattung von 4 durch ihn neugestifteten Kanonikatpfründen dem Stift Wimpfen alle seine Güter in Klein- und Großgartach und Walldorf, ferner dem Propst zu Wimpfen das Patronatrecht zu Kleingartach und überträgt dem Stift eine Mühle, einen Hof und andere Güter zu Waibstadt namentlich zur Begehung seiner Jahrzeit.

Ohne Ortsangabe, 1274. Mai 20/29.

In nomine domini. Ego Wernherus prepositus Spirensis salutis mee intendens constituo decimas curias agros prata census et alia bona universa, que habeo apud Gartha sub castro Lüneburg, item partem decime in Gartha Maiore cum curiis agris pratis censibus et aliis bonis universis, que habeo ibidem, curiam quoque in Waltdorf agros prata census et alia bona omnia, que ibidem habeo, deputo et confero ecclesie sancti Petri in Winpina, ut decanus et capitulum ibidem eadem bona cum omni utilitate percipiant et quatuor sacerdotibus canonicis per me de novo institutis quatuor prebendas de bonis ecclesie communibus tanquam aliis suis concanonicis amministrent, qui inquam sacerdotes canonici coro ibidem perpetuo deserviant et missam cottidianam celebrent in altari ecclesie antedecte, videlicet in feria secunda pro fidelibus defunctis, feria tertia de sancto Petro, feria quarta de sancto Johanne evangelista, sabbato de beata virgine et aliis diebus, prout Status temporis tunc requirit. Statuo etiam, ut collatio harum prebendarum post obitum meum ad collationem . . . prepositi Winpinensis, qui pro tempore fuerit, pertineat, ita ut tantum sacerdotibus eas conferat. Et si prepositus per unum mensem dare prebendam vacantem sacerdoti^a neglexerit, . . . decanus loci, qui fuerit, defectum prepositi de persona sacerdotis ydonei supplebit illa vice infra mensem. Statuo etiam, ut prepositus ius patronatus ecclesie Minoris Garthach habeat et sui successores prepositi Winpinenses. Item molendinum curiam agros prata et omnia bona alia, que habeo in Weibestat, predictae ecclesie Winpinensi confero in hunc modum, ut anniversarium meum perpetuo agant, cenobio in Bullenkein sex modios siliginis annuos inde solvant et sex modios siliginis similiter cenobio in Lobenvelt ministrent, ut cum refectionum consolationibus in anniversario meo memoriam mei faciant specialem et nichilominus duo lumina annua et perpetua, unum in Winpina ante altare quatuor sacerdotum et unum in Weibestat, perpetuo de antepositis bonis solvant. In cuius rei

^aVor *sacerdoti* steht offenbar fehlerhaft *et*.

II

testimonium sigillum meum presentibus est appensum.

 Actum
anno domini MCCLXXIII., in festo pentecostes.

 Nos . . decanus
et capitulum ecclesie Winpinensis supradicte accedente consensu venerabi-
lis domini Wernheri de Alnvelt prepositi nostri ad prescripta omnia fideliter
servanda nos et nostros successores firmiter obligamus et presentibus litteris
sigilla prefati domini Wern(heri) prepositi nostri et nostra duximus appo-
nenda.

 Datum anno domini supradicto, feria tertia post octavam
pentecostes.

—

Nach dem Nekrologium des Stifts Wimpfen, Handschrift vom Ende des 13. Jahr-
hunderts in der Landesbibliothek Karlsruhe, wenig späterer Eintrag auf fol. B a.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

BLB Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

Cod. Karlsruhe 686, fol. IIIr

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...], Bd. 11, S. 158.

Regesten:

Regesten Großherzogtum Hessen, 2. Ergänzungsheft, Nr. 53.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Allfeld Wohnplatz (5973)
 Allfeld, Billigheim, MOS
 Billigheim Wohnplatz (5975)
 Billigheim, MOS
 Großgartach Wohnplatz (2040)
 Großgartach, Leingarten, HN
 Kleingartach Wohnplatz (1923)
 Kleingartach, Eppingen, HN
 Kloster Lobenfeld Wohnplatz (6662)
 Kloster Lobenfeld, Lobbach, HD
 Luneburg Wüstung (21836)
 Luneburg, Eppingen, HN, W
 Speyer, SP
 Waibstadt Wohnplatz (6572)
 Waibstadt, HD
 Walldorf Wohnplatz (6577)
 Walldorf, HD
 Wimpfen im Tal Wohnplatz (1853)
 Wimpfen im Tal, Bad Wimpfen, HN